

Q. N.
353,
47.

X 186 2972

T. 103

II f
918

B. C. D.
Orbis

PRODIGIA

Populorum

MIRACULA

Virtutum

MONSTRA

in

Actu Progymnastico-Encomiastico,

Examen Auctumnale hac vice prævortente

V. Kal. V. Ibris A. C. c. l. c. l. c. LXXIV.

finitis in

Æde B. Virginis

Sacris

in

Auditorio Majore Phrontisterii

à

Nonnullis Discipulis dicenda,

quotquot nunc per antiqua

Musarum nostrarum Nutrix Freibergæ

habet,

Earundem

Patronos, Inspectores, Fautores

superbe-Colendos,

ut

auditum concedere dignentur,

Eà, quâ cujuslibet Dignitas requirit, subjectione

invitat

M. ANDREAS BEYERUS, G. R.

Typis ZACHARIÆ BECKERI.

BIBLIOTHECA
PUNICIAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

33

131.





B. C. D!

Lectori Benevolentissimo

S. P.

Acutum satis, & quod testatur de singulari, quò innotuit orbi, acumine, (a) fuit Responsum Cymbali illius, non Galliae suae, sed Europae totius, imò Orbis, in castris Sacerdotis, in Aula Theologi, sine plebe Episcopi, sine titulo Cardinalis, sine nomine Regis, (b) *Johannis Armandi de Plessis dū Richelieu* Parisiis VIII. Kal. Febr. A. C. 1642. ingenioso vati Barlæo, (c) parum aberat, quin mendaci dixissem, datum, Epistolae sententiosae, uti videtur propria manu hisce verbis adscriptum: *Verbis tuis, qualis esse debeam, Orbi Christianopalam fecisti: nec ablusit, à præclaro & Casare digno Effato, quò Pescennius Niger, cum jam Imperator solenni more renunciatus, & ipsi Panegyricum scripturus esset, sive Oratorem, sive Poëtam excepisse fertur: scribe, inquam, laudes Marii vel Hannibalis, vel cujusquam alterius Ducis fato functi, quem opti-*
mum

(a) videri potest de eo Ministerium Richelii. Comparatio Richelii & Mazarini à Keuchenio, quem edidit Antonio Pio addita. Gramm. Hist. Gall. L. XI. Theatrum & Diarium Europæum. & nemo non. (b) ita vocat fictum Epitaphium, quod legere est in Historia Orbis Terrarum Geographica c. 3. de Gall. p. m. 314. Anonymi puto verò, eam esse Becmanni. (c) cujus Carminum primæ parti addita in fine legitur Epistola.

2
mum fuisse constet, & dic, quid ille cedrò dignum fecerit, ut nos illum imitemur. Mera enim est irrisio, & subsannatio, laudare viuentes praesertim Imperatores, à quibus speratur, qui timentur, qui necare, qui proscribere, qui publicè prestare possunt, quod volunt. (d) Se autem vivum placere ac mortuum laudari velle; alioq̄ve à Themistocle non solùm, illo summo Athenis Viro, (e) ingenio planè fuisse, ostendit, utpote, qui, cum ex eò quæreretur, quod acroama, aut cuius vocem libentissimè audiret, ejus, respondit, à quo sua virtus optimè predicaretur; sed & ferè omnibus. Neque enim quenquam tam aversum à Musis videmus, qui non mandari versibus, aut scribi æternum suorum laborum facile præconium patiatur. *Trahimur omnes*, ait Romuli Nepotum disertissimus, (f) *laudis studio, & optimus quisque maximè glorià ducitur, nullamq̄ virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat, præter hanc laudis atque gloriæ.* Si non omnes in vivis, tamen post fata adfectant. (loquor vero de homine sibi relicto, & quæ cogitationes eum agitare solent, alia est ratio Deo vacantium & operantium) Insidet enim quædam in optimo quòque virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitat, atque admonet, non cum vitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandam: Et nisi hanc alerentur spe, quid esset, quod multi hoc tam exiguo vitæ curriculo & tam brevi, tantis se curis macerarent, in tantis vitæ periculis, laboribusque versarentur; ad extremum usque spatium nullum tranquillum atque otiosum spiritum ducerent, si secum simul moritura arbitrarentur omnia. Planè nihil à

) (2

Chæ-

(d) ex Æliano Spartian. citat Joh. Combesius in Apophthegmatibus, & Ant. Walterus in Gnomologia p. 842. (e) refert Cicero in Oratione pro Archia. (f) Oratione laudatâ.

Charephonte differre diceret. Certè si nihil animus præ-
sentiret in posterum, & si, quibus regionibus vitæ spatium cir-
cumscriptum est, iisdem omnes cogitationes terminaret
suas, nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vi-
giliisque angeretur, nec toties de vitâ ipsâ dimicaret, nisi, quas
gessit res, orbis terræ regionibus definiri, & quo minus ma-
num tela pervenerint, eodem penetrare gloriam, famamque
videretur cupere. hoc maximum periculorum incitamen-
tum & laborum. Chari proinde Poëtæ Imperatoribus, (g)
& quibus mens sedit, immortalitati vacare. Qui virtute for-
tunam adæqvavit, *Alexander* nomine & rebus gestis *Magnus*,
cùm in Sigæo ad Achillis tumulum adstitisset: ô fortunate,
inquit, adolescens, qui tuæ Virtutis Homerum præconem in-
veneris. & verè. nam nisi ille extitisset, idem tumulus, qui
corpus ejus contexerat, nomen etiam obruisset. neque tot
Heroicarum Virtutum effigies adhuc admirationi forent, nisi
ingeniis summis expressæ atque expolitæ ad seram posterita-
tem restarent, ut *συναναχρηστικῶς*, quorum interest, & quos
idem fatum manet, alios iterum posteritati commendare,
discerent inde Eloquentiæ *χρηματικῶς*, quæ priorum descriptioni
decus addiderunt. Tentaverunt id nostrorum discipulo-
rum nonnulli, sibi que *Heroica, Ecclesiastica*, (h) juxta ac *Politi-
ca virtutis* Exempla pro lubitu selegerunt tractanda, quibus
Progymnasmatum genus, quod Rhetoribus Encomiasticum
dicitur, excolerent stylumque, cujus potissimè post pietatem
curam gerant, exercerent. Quamquam verò singularum
Vir-

(g) vid. Eand. Orat. Præfat. Barlæi ad 2. part. Carminum. Heinsius
in Oratione de Poëtis, & tantum non omnium Poëtarum præfa-
tiones. (h) ita dividi Heroicas Virtutes docet, uti omnia, sic hîc
accuratè Excell. Thomasius Disput 1. de his Virt. Th. 72. prout scil.
Heroës vel Ecclesiæ inservierunt, vel Reip. vid. Christ. Matth. Exer-
cit. Eth. 10. disq. 3. p. 296. & reg. 3. p. 301.

9

Virtutum communem fortem prætergressarum Exempla in
 Historiarum monumentis nullibi non apparerent, nec in
 ulla mundi ætate & parte deessent; sicuti *Heroica Temperan-*
tia in Daniele, (i) Socrate, (k) Gorgia Leontino, (l) M. Cato-
 ne, (m) Wellero (n) &c. *Liberalitatis & Magnificentia*, in Sa-
 lomone, (o) Ptolomæo Philadelpho, (p) Augusto Cæsare, (q)
 Paula Romana, (r) tot Scholarum & Academiæ fundato-
 ribus, (s) Carolo Magno (t) &c. *Iustitiæ* iterum in Salo-
 mone, (u) Trajano, (x) Minoë, (y) Rhadamantho & Æaco,
 Aristide (z) &c. *Mansuetudinis* in Davide, (a) Cyro, (b)
 Julio Cæsare, (c) Theodosio Juniore, (d) Sigismundo I. Po-
 lonorum Rege: (e) *Modestia* in Pythagora, (f) Biante, (g)

)(3

Ale-

- (i) Dan. c. 1. (k) Gell. l. 2. Noct. Att. c. 1. Laërt. 1. 2. in Vita ejus. Joh.
 Scheffer. de Natura Philosophiæ Italicè passim. (l) qvi nulli un-
 quam voluptati indulgisse dicitur & ad annum 108. ætatis pervenisse,
 Cic. de Senect. Cœl. Rhodig. l. 19. c. 20. (m) vid. Valer. Max. l.
 4. c. 3. qvi plures huc referendos habet. (n) qvi inter Cylicum
 remiges *κωθωνίζειν* noluit, & potius se invidia Principis, qvàm vi-
 no onerare. Spangenberg. Adel. Spiegel. p. 167. seq. (o) 1. Reg. 6.
 seqq. (p) Gell. l. 6. Attic. Noct. c. ult. Niceph. H. E. c. 14. l. 4.
 & qvi de Bibliothec. scripserunt. (q) qvi *ληθινην* reliquisse dixit
 Romam, qvam *ληίνην* acceperit. Svet. in Ejus Vita. (r) Hieron. in
 Ejus Epitaph. (s) vid. qvi Academ. erexerunt, & horum largam
 erit metere messem. (t) extat ejus Historia seorsim à Joan. Lez-
 nero edita. Dionys. Gothofr. in Histor. univers. à Magno Hasen-
 thal. edita part. 2. p. 398. seqq. Hotting. in Hist. Ecclesiast. (u)
 1. Reg. 3. (x) Sveton. in Vita ejus Plinius Sec. in Paneg. (y) Natal.
 Comes de his l. 3. c. 7. (z) Corn. Nep. in Vita ejus. (a) 2. Sam.
 16. (b) Sabell. Ennead. 2. l. 6. (c) Svet. & Plutarch. in Vitis.
 (d) Niceph. l. 14. c. 13. (e) Cromerus & Joan. Herburtius Chron.
 p. m. 366. l. 29. c. 12. (f) Laert. in Proœm, statim & Vita ejus l. 8.
 (g) Id. l. 1.

Alexandro Severo (h) &c. Imprimis, quæ maximè Heroica
vis elucescit, *Fortitudinis* in Abrahamo, (i) Davide, (k) &
qui plures cum ipso fuerunt, Samfone, (l) Hercule, (m) Alex.
M. (n) Constantino M. (o) aliisque Imperatoribus Roma-
nis. apud exteros in Temurchan, (p) vel ut vocant Tamer-
lane, Boleslao III. Crivoustio (q) Polonorum, nostra ætate Gu-
stapho Adolpho, Svecorum (r) Rege aliisque plurimis (s) (quis
omnes enumerare suscipiet?) æternitati transcriptis; placuit
tamen, ut quàm fieri posset, brevissimè, & quantum in quoli-
bet esset, virtutum Monstra, Orbis Prodigia atque Miracula,
veluti Florus *ἡμῶν θεῶν* vocat, laudaret, postquam præfatus fuerit,
Johannes Gabriel Grefe/ Freib. Misn.

Mosem

Chaldaicè, Johannes Petersilge/ Ehrenfridersdorff.

Davidem

Ebraicè, Christianus Fritzsche/ Zeblizensis M.

Johannem Baptistam

Syriacè, Immanuel Gerber/ Misn. Lipsiam aditurus,
adeoque nobis valedicturus simulque gratias acturus,
quicumque aliquâ re adjuvarunt se, ut nos interpreta-
mur,

- (h) cui Magni nomen onerosum Fulg. l. 4. c. 1. (i) Gen. XIV.
(k) 1. Sam. XVI. seqq. (l) Jud. XV. seqq. (m) Nat. Comes.
(n) patet ex Curtio, Plutarcho in Vita ejus, & plurimis Historicis,
Arabibus quoque. (o) ex Historia Ecclesiastica, Kronmeieris & re-
centioribus aliis. (p) Bœclerus in Dissertationibus, cujus octava
de hoc agit, incipit p. 383. adde Hornii Orbem Imperantem p. 92.
296. Hottingerum in Hist. Eccl. qui ex Orientalibus Scriptoribus
prolixè hujus historiam docet. (q) Cromer. l. 16. Heriburt. l. 4.
c. 4. (r) Theatr. Europ. Brachelius, Chemnitzius & alii. (s)
Dinothus Advers. Historicis cent. II. à p. 31. seqq.

6
mur, diligentiam in Juvene planè commendabilem, &
spem, quam Parens & Avus nobiscum concepère maxi-
mam, dignam profecto laude, & hac, quam adjicimus

μεροφώνων :

*I Gerbere Tui Spes Patris Aviq; Gericci,
Artibus Et Lingvis ingeniosa bonis!*

Alexandri M. Prudentiam

Gracè, Christianus Böhme/Altenburg. Misn;

Magnanimitatem

Latinè, Georgius Ketterlavius, Herzberg. Saxo;

Temperantiam

Latinè, Christophorus Rabisch. Herzberg. Saxo;

Ipsum Alexandrum M.

Poëticè, Samuel Theodorus Mauckifius, Freib.

Julium Cæsarem

*Latinè, Moses Schede, Freiberg. valedicturus simul,
orbis parente, meliore fortuna dignissi-
mus.*

D. Mauritium Electorem Saxoniae.

*Poëticè, { Caspar Heinrich/ }
 { Nicolaus Gottfried/ } Hornii, Freib.
 { Daniel Seyß/ Saidensis Misnicus.*

Eundem

*Latinè, in Prorsâ Theodorus Gottfried Lindner/
Freiberg.*

Nico.

Q
T
T
918

D. Hieronimum VVellerum (t) hujus anti-
qvissimi Gymnafii Profefforem & Recto-
rem, cujus familiam ad finitatem attingit,

Latinè Joh. Christophorus Bressler / VVitteberg, Sax.
qui voto comitabitur fidum Achatem Ger-
berum, quod etiam facturus est.

Germanicè, Joh. Caspar. Eichler / Dresd. Misn.

Gratias deniq; ageret.

Latinè, Gottbelff Biernhoff / Freiberg.

Sed, uti præmonui, omnes summa brevitate, qua
ipse hic uti volui, ut *VOS*, quicumque estis, *Honora-
tissimos Lectores* tædio multa legendi, me verò scri-
bendi levare, sed de prolixiore adfectu redhostiendi
tale beneficium, cum vires desint, quotquot adesse
cras finitis Sacris dignabuntur, spem facere possem
certissimam. Dedi è Musæo properante ca-
lamo VI. Kal. VIIbris A, 1674.

(t) vid. Moller. Chron. Freib. p. 294. seqq. Spangenbergii *Adel Spiegel* /
fol. 96 seqq. & Id. in *Historia, von dem Uhealten Edlen Geschlechte
deren von Molsdorff / genant Weller* / in quo plures recensentur
inter Heroës referendi, imprimis in hac antiquissima urbe inno-
tuit æternâ memoriâ dignissimus Consul Nicolaus Wellerus,
de his omnibus prolixè in MSto vetusto admodum *der von
Molsdorff / Weller genant Stambuch*, vid. laud. *Adelssp.* p. 123.
seqq.

F I N I S.


Von

nc



gi, sine ple
Regis, (b
VIII. Kal. F
aberat, qvi
sa, uti vide
sibus tuis, q
ablusit, a
nius Niger,
& ipsi Pane
tam excepit
ribalis, vel

(a) videri pe
lii & Maza
Gramm. F
nemo non
Historia Or
nymi puto
partii addit



lino

de singulari,
uit Responsum
Europæ totius,
Aula Theolo
s, sine nomine
ichelieu Parisiis
læo, (c) parum
olæ sententio
criptum: Ver
am fecisti: nec
, quò Pescen
e renunciatus,
rem, sive Poë
Marii vel Har
ti, quem opti
mum

comparatio Riche
tio Pio addita
Europæum. &
od legere est in
.p.m.314. Ano
minum primæ

